centibus decima debetur nisi speciali privilegio apostolico aliqua  
exemptio fiat et sic etiam moderanda est conditio precedens siue  
illa fiat expresse siue tacite vel interpretative sicut quidam dicunt de  
antiquis silvis que ad usum precessionis lignorum non veniunt immu-  
niter. ¶ Sequitur secundo quod de lignis nemorum constitutorum in terra  
prius arabili. de fructibus autem decima solvebatur decima solven-  
da est. et absurdum est et velut in intelligibile terra iam facta nemorosam  
liberam esse a decima que illi prius erat obnoxia. ¶ Sequitur ter-  
tio. quod assertores non esse solvendam decimam ecclesiasticis de illis in-  
fringere nituntur ius divinum naturale quo astringuntur seruis dei  
temporalia ministrare pro spiritualibus susceptis. Primo quia tol-  
lit sua assertione decimas quas prius de arabilibus terris perci-  
piebant. Secundo quia ea quibus indigent aduersus frigiditatem fi-  
goris subtrahere moluntur. Tertio quia ipsi configunt deum ut lo-  
quitur malach. quia dominium mortalis hominis suo proponunt. cum  
terragium principii solvunt et ita faciendum confitentur. et decimam deo  
omni domino dominorum et seruis suis negant. hec omnia ex doctrinis doc-  
torum beati thome et alex. de hallis extrahi posse videtur. ¶  
Quinta conclusio. decime debet solui statim cum fructus percipiuntur ante  
quam solvantur mercenarii. ante quam deducantur expense. ante quam solvantur census  
vel tributum et ante quam per negligentiam aliquid inde furto vel rapina possit  
auferi. ac ante quam res decimata alienetur vel vendatur. probatur quod sine de-  
minatione episcopi debetur statim solvere tenemur. Ad hoc est decreta-  
lis innovatio 3. c. de decimis et primiciis. mandamur ubi habetur ma-  
damur ut decimas statim fructibus collatis solvantur. quod non deducantur expen-  
se ante solutionem per decretale celestinum papa tertijs districte precipimus  
ante quam deducatis expensas decimas ecclesijs quibus pertinet cum integritate  
debita persolvatis. quod ante solutionem tributum vel census decima debet sol-  
ui per consilium generale sub innovatio 3. c. de decimis et primiciis ubi  
dicitur in canone statuimus ut exactionem tributorum et census precedat solu-  
tio decimarum. quod ante quam per negligentiam furto aliquid possit auferi solven-  
da est decima apparet. quod statim collectis fructibus solvenda est ut patet  
prius. ¶ Ex quibus patet quanta est obligatio solutionis decimarum quod

privilegiatum est ius papiendi decimas. quod omne aliud debitum  
mercenariis. laborantibus ac dominis temporalibus precedit. et si quis horum  
ante decimam solutam aliquid preperit. de illo solvenda est decima. et  
si alienetur fructus collecti ante solutionem decime. uterque scilicet episcopus  
et rector tenetur ad solutionem sed uno solvete alter liberatur. hec  
omnia plenius declarat alex. de hallis doctor irrefragabilis et beatus  
tho. 2<sup>a</sup>. 2<sup>e</sup>. q. 84. ar. 2<sup>o</sup>. ad 2<sup>m</sup>. unde mirum videtur et omni iuri re-  
pugnat quod dominus temporalis non amittat ius papiendi tributum siue ter-  
ragium aut censum dum in terris arabilibus tale debitum cum erant in cul-  
tura debentibus plantantur ligna. et dominus celestis cui subiacetur om-  
nis creata portio ac ministri eius amittent ius decimas papiendi  
**¶** **Q**uod ad tertium quibus dominus iuste plenissime habeant tractare hanc ma-  
teriam. pariter in doctoribus theologie de hoc reperitur sub correctione tunc  
pono hanc conclusionem. Laici per non solutionem decime non possunt contra  
ecclesiam prescribere neque eximere suas hereditates a debito solutionis  
decimarum. Tria enim ad prescribendum requiruntur. unum ex parte prescriben-  
tis. aliud ex parte prescriptionis. tertium ex parte temporis. primum quod sit  
capacitas. hoc concernit prescribentem. secundum quod sit bona fides. hoc con-  
cernit prescriptionem. quia alias esset iniustitia. tertium. possessio per tempus  
determinatum. hoc concernit tempus. **¶** **Q**uod ad primum apparet. la-  
icus non est capax proprietatis decimarum nec unquam etiam privilegio con-  
cessa fuit laicis. ergo non potest tollere ab ecclesia ius proprietatis earum  
sed nec usus decimarum quas ecclesia aliquo tempore possedit potest auferre  
laicis ab ea per non solutionem. usus enim alienius rei amittitur per consue-  
tudinem contrariam prescriptam. modo per non solutionem consuetudo acquiritur  
non potest. consuetudo siquidem per actus iteratos acquiritur. si quis enim  
dormiret per centum annos ut de septem dormientibus de multo pluri  
legitur et toto illo tempore non solveter debitum. quis diceret cum  
esse absolutum a debito. et quomodo per non solutionem generatur prescriptio  
omnino quomodo ex mera privatione fit actus. hoc est contra omnem philoso-  
phiam et veritatem theologiam. **¶** **Q**uod ad secundum laicus non po-  
test habere in vendicando ius decime sibi bonam fidem. quoniam cum decimae  
debeantur ecclesiis et quod seminant spiritualia laicis. qui hoc  
facere non habent. ius decimarum non debetur nec usus nisi ex privile-  
gio speciali. quem ut probatum est per non solutionem non possunt  
acquirere. **¶** **Q**uod etiam ad tertium patet ex premissis quod per non  
solvete decimam. non acquiritur possessionem. quia nec consuetudi-  
nem nec usum. quare nec habent possessionem ex hoc. et ex quo

nō habēt possessionem nō habēt lōgam possessionē quam iura de  
termināt. Preterea ex p̄cedentib⁹ apparet q̄ eā ubi nō est q̄sus  
tudo solvendi deamas. nō solutē debēt esse parati sub pena pec  
cati mortalis solvere si ecclesia requirat ⁊ sic non possunt p̄scribere  
contra ecclesiā

De ymaginib⁹ occasione cuiusdā enormis ex  
cessus facti ymagini cuiusdā in quodam ludo.

**Q**uonia memoria infirmitatis humane labilis est. placit  
eterne sapientie agonice ⁊ triumphos seruoꝝ eius p̄ceditū  
mandare sequentibus. scriptura ⁊ ymaginib⁹ ut nō sit qui p̄ igno  
rantia se abscondat a calore eius. proficiūt siquidem scripture sapi  
entib⁹. ⁊ simpliabus ymagine ⁊ picture. Ille tantū doctis ⁊ exer  
citātū sensū habentibus. Istis utriq̄ sapientib⁹ loquor ⁊ insipienti  
bus. insipientib⁹ quidem. libri sunt ⁊ excitātia ad deuotionem mo  
nimenta. p̄catis autem quibus non laete sed solido cibo doctrine  
celestis opus est. oportuna ad dilectionem eoz que sapiūt in cita  
mēta quapropter nō minor cura est pastorib⁹ ecclie de ymaginib⁹  
habēda ne quid suspectū sit aut erroneū in eis q̄ i libris fortasse  
⁊ maior. quia error in illis cōmunior est q̄ in istis. ⁊ difficilior cu  
rabilis. habent enim eruditi ex scripturis diuinis remedium quo  
corrigatur error ymaginū. ⁊ captiuent intellectum in obsequiū fi  
dei. simplices autē ⁊ ignari sensibilibus tenacius adherent ⁊ seg  
nius id est tardius iritat animos denissa per aures q̄ que sunt  
oculis subiecta fidelibus. hoc est dicere. q̄ audita min⁹ mouēt cor  
da q̄ visa. Idcirco quāta sit ad ymagine dei cuiusdā. cuius. beate  
virginis et sanctorū habēda reuerētia op⁹ est ex canonib⁹ iame  
nicorū id est orbicularū ⁊ vniuersaliū synodorū. sumorū pontificū.  
⁊ sanctorū doctorū aperte. que spiritu sancto dirigente constituta s̄t  
fidelibus. auctoritatibus ⁊ exemplis forsitan ⁊ rationib⁹ confir  
masse iuuabit.

**E**t quoniam exordium sermonis erit de cruce domini nostri  
ihesu xp̄isti in qua gloriari nos oportet. quantam reuerentiam  
ad eam habere debeamus apparet ex testimonijs aliquorū doc  
torū sanctorū. diāt enī bt̄s iohānes crisostom⁹ in sermone cruce  
nobis totius bt̄itudinis cā est hec nos a creatate liberauit erroris

hec e tenebris reddidit luci. hec debellatos quieti sociavit. hec alienatos domino coniunxit. hec peregrinos aures ostendit. crux est spes christianozum. crux resurrectio mortuozum. crux cecozum lux. crux desperatozum vita. crux claudozum baculus. crux consolatio pauperu. crux adolescentium pedagogus. crux spes desperatozum. crux periclitantium portus. crux nauigantium gubernatio. obcessozum murus. crux insensatozum sapientia. crux libertas seruoꝝ. crux imperatozum philosophia. crux impioꝝ veritas. crux prophetazum preconizatio. crux annuñciatio apostolozum. crux martirum gloriatio. crux monachoꝝ abstinentia. crux virginum castitas. crux gaudium sacerdotum. crux ecclesie fundamentu. beatus agustinus in sermone ait de cruce. Crux finita est in pena manet in gloria. a locis supplicioꝝ. transit ad frontes imperatozum. qui tantum honorem dedit in penis suis. quid seruat fidelibus suis? ysidorus de sumo bono de eadem ait. quodens in mundi procellis inolueris lignu conscende crucis. ut a mari. id est tempestate huius seculi libereris. bernardus in floribus ait. In cruce pendet fructus vite. qui a ipsa est arbor vite que est in medio paradisi. ipsa latitudo et longitudo sublimitas et profunditas. Ipsa bonos colligit et remunerat ipsa malos dispergit et dampnat. ipsa est mestozum consolatio. esurientium refectio. perfectozum gloriatio. Et rabanus de laude crucis ait. In cruce insinuat a morte receptio. demonstratur sancta monachoꝝ conuersatio intimatur omnium virtutum perfectio. promittitur ad vitam eternam resurrectio. eterne beatitudinis speratur adeptio. et vere felicitatis acquisitio. In te crux sancta gaudia sua angelis accumulata conspiciunt. In te homines iura sue salutis agnoscunt. In te inferi iustam retributionem fraudis sue percipiunt. omnibus es equa. omnibus bona. omnibus iusta. preterita renouans. presentia illustrans futura premonstrans. perdita requiris. quesita inuenis. inuenta custodis. de ipsa cruce ait beatus augustinus libro de visitatione in siemone capitulo quinto ostendens quod in magna reuerentia habetur a christianois. habet inquit christianoꝝ archana illius dominice crucis quoddam venerabile monumentum quod de crucis ipsius ymaginatione creatam cognominant. quod et nos omni ueneratione dignu fatemur et ad recordatione crucifixi nra ueneramur. ad diatur insup in cruce quedam hominis inibi patientis ymago per quam salutaris ihesu christi nobis renouatur passio. hac amplectere humiliter. uenerare suppliciter. cui hoc ad memoria tibi reducat crucifixu

**E**x pmissis igitur patet quanta reuerentia xpiani ad crucem habere  
debeat tamen sciendum quod nomine crucis principaliter intelligenda est  
passio xpi in ea consummata. 2º intelligitur ipsa crux in qua passio  
ipsa facta est. Et omnes auctoritates premissas de ipsa passione prin-  
cipaliter intelliguntur. consequenter de ipso ligno crucis. quod est quanta yma-  
go et instrumentum passionis

**Q**uantum ad ymagines cristi saluatoris in cruce pententis.  
beate virginis et sanctorum habere debeat religio castiana reueren-  
tia patet exemplis et auctoritatibus et primo exemplis. Refert  
sigibertus in sua cronica quod anno domini. 129. quidam iudeus ma-  
leficus promisit gigid regi saracenorum cum ultra quadraginta  
annos victurum et imperaturum si in toto regno suo dei sanctorum  
et ymagines destrueret qui spe diu regnandi hoc fecit sed mox obi-  
it. In cronica martini habet. quod cum in ciuitate constantinopolitana leo  
imperator ymagines cremari iussisset. gregorius papa secundu[m] cuncte  
anathematizauit dicit enim sic. gregorius papa synodum 93. e-  
piscoporum rome congregat. et venerationem sanctorum ymagi-  
num confirmat. eorumque prophanatores et violatores genera-  
li sententia anathematizat. Idem refert quod constantinus impera-  
tor filius memorati leonis sanctum stephanum papam per 90.  
annos indusum etiam gentilibus reuerendum amara morte mar-  
tizauit. omnes sibi subiectos rogavit super sancte crucis lignum  
ne aliquam dei sanctorumque eius ymaginem venerentur et quod  
hoc fuerit tyrannis. apparet. quia subdit. nec sub alioius gentilis  
persecutione plures quam sub hoc martirizati sunt. Item idem sub an-  
no domini. 112. In presentia pippini regis inter grecos et roma-  
nos celebratur synodus de sancta trinitate et sanctorum ymagi-  
nibus. Adrianus papa rome presidet hic ad comprimendam  
rabiam hereticorum ad ymagines dei et sanctorum confirmandas  
plurimum laborauit et libro aduersus eos edito multis scriptu-  
rarum indictionibus roborato. errores eorum infirmauit. Item  
idem ait. quod sub anno 1288. instantia tharasius patriarche constan-  
tinopolitani et adriani pape. secundo apud niceam vniuersalis  
synodus. 340. episcoporum congregatur in qua fides catholica  
in presentia hyrenes et filij eius imperatoris auctorum subscripti-  
one roboratur. et heresis execrantium ymagines dei in perpetuum ab-  
dicatur preterea ymagini xpi quam emozouissa in domo sua in ciuitate  
cesaree philippi ereperat dominus hunc contulit honorem. et herbe

de se nullam habentes virtute sanandi morbos cum creuissent et illam ymaginem tetigisset. ex ipso tactu vim sanatiua auctorum languorum acceperunt. ut habetur. 1. li. historie eccastice. ca. 14. Item miraculis dominus lignum vere crucis in qua pepedit honorauit in eius uentione et exaltatione. de quibus in legendis eccae et aurea diffusa se tractat. eade quoque ratione alias cruces que sunt signa huius uoluit uenerari

**I**nsuper auctoritatibus synodorum uniuersalium septime et octaue contra yronomacos celebratarum probata est de ueneratione ymaginum intentio. Primo per canonem septime synodi uniuersal in nicena. 340. episcoporum ubi fuerat primum concilium celebratum. 318. patrum. in quo sic habetur. uenerabiles ymagine christiani non deos appellat. neque seruiunt eis ut dijs. neque spem salutis ponunt in eis. neque ab eis expectant futurum iudicium. sed ad memoria et reuocationem primitiuorum uenerantur eas et adorant. Rursus in octaue actione octaue synodi uniuersal celebrata constantinopolim sub adriano papa secundo. regnante basilio imperatore sic habetur. quam oportet nos maiorum nostrorum statuta imote mentis intuitu seruare. et in omnibus sanctorum primum semper dogmata uenerari. diffinimus de sacris et reuerendis ymaginibus domini nostri ihesu christi eiusque semper uirginis genitricis marie omnique sanctorum qui deo ab abel iusto placuisse creduntur. que ecclesia sancta in toto orbe diffusa antiquitus accepit. queque sedis apostolice presules pro eis de creuerunt atque statuerunt illibata persistere atque intemerata manere. quapropter iohannem quondam constantinopolitanum et sequaces ipsius uis qui eas fragentas atque calcandas esse ore polluto asseuerant. quidam de hijs nobiscum non senserunt. et iuxta sanctorum pontificum romanorum decreta. et aliorum catholicorum patrum instituta non sapuerunt. sanctimus eos a christo et ab ecclesia catholica atque apostolica anathema. **D**e hoc eadem gregorius in cepit serenum episcopum massilicem et zelo inconsiderato succensus ymagine constringendas esse iusserit. et habetur de consensu. di. 2. relatum. Et si quis dicat que laudat eum in hoc que eas adorare prohibuerit. dic que hoc intelligi debet que cultu diuino sacrificia offerendo non sunt adorande nec ut ymagine nec ut res que tam in se considerate. tamen ymagine ut sic uult beatus gregorius debito honore uenerari. Proinde in eadem synodo actio. 10. sic dicitur. sacra ymaginem domini nostri ihesu christi omnium liberatoris et saluatoris equo honore cum libro sanctorum euangelicorum adorari de cernimus. sicut et per sillabarum cloquia que in libro feruntur. salute sequuntur omnes

ita per colorū ymaginaria opationē. ⁊ sapientes et ydiote cuncti  
ex eo q̄ in p̄optu est p̄ficiūtur vtilitate q̄ ei in sillo s̄ sermo. hec  
et pictura q̄ in colorib⁹ est p̄dicat ⁊ amēdat. et dignū est vt sc̄dm  
congruentiā tōnis ⁊ atiq̄ssimā traditionē p̄pter honore q̄ ad ip̄a  
p̄ncipalia refertur etiā diuatiue p̄one adorētur et honoretur eā  
vt sanctorū sacer liber euangelozū atq; typus p̄iose crucis. **¶**  
quis ergo nō adorat p̄ona saluatoris x̄pi nō videat formā eius.  
quādo veniet in gloria paterna glificari ⁊ glificare sc̄os suos. s̄ a  
lic⁹ sit a cōione ipsius ⁊ claritate. similiter aut ⁊ ymaginē inte  
mbrate matris ei⁹ ⁊ dei genitricis marie. insup ⁊ yonas sc̄oz ā  
gelozū depingim⁹ quēadmodū eos figurat v̄bis diuina scriptu  
ra. s̄ et laudabilissimozū ap̄lozū p̄phetā martiū ⁊ sanctorū vi  
rozū simul ⁊ oim sanctorū ⁊ honoramus ⁊ adoram⁹. ⁊ qui se sic  
non habēt anathema sint a patre ⁊ filio ⁊ sp̄u s̄cto. **¶** Itē beatus  
aug. libro de ec̄casiis dogmatib⁹ ait. s̄ctorū corpora ⁊ p̄apue  
beatorū martiū reliquias. ac si mēbra x̄pi sincerissime honorāda.  
et basilicas eatū noīe appellatas velut loca s̄cta diuino cultui af  
fatu māpata p̄ssimo ⁊ deuotioē fidelissima adēdas credim⁹.  
**¶** Si quis cōtra hāc sententiā venerit. nō xp̄istianus s̄ iouinian⁹  
aut vigilantius credatur. hec ille. **¶** Ex quo seq̄tur q̄ si basilice sint  
honorāde p̄pter reliquias s̄ctorū imbi q̄tetas. q̄ forozū ratione  
ymagines xp̄isti ⁊ s̄ctorū sunt adorāde ⁊ honorāde. cū sit p̄pin  
quior habitudo ymaginū ad s̄ctos quos rēp̄sentāt ⁊ expressioz  
q̄ loca ad ea que q̄tinet. **¶** Amplius si ymagines nō i s̄et honorāde  
nec adorāde. xp̄us ymaginem suā non dediss̄ pictori volenti ad  
iussū regis abagari depingere. de hoc ei sic diat damascen⁹. ⁊.  
li. suarū sententiarum ca. de ymaginib⁹. fertur q̄dam historia q̄  
dominus abagaro regi qui pictore miserat. ymaginē domini figu  
rare similiter. ne quēute pictore p̄opter choruscantes a facie eius  
claritates. ipse vestigium p̄opte faci diuine et viuificē su. x̄rim  
ponens in vestimento illius suū ipsius ymaginē astrinxisse narra  
tur et ita capienti abagaro misiss̄. **¶** Itē diat in eodē. quia non om  
nes noscunt lras neq; lectioni vacāt. patres ex cogitauerūt velut  
quosdam trūphos in ymaginibus hec describere ad velocē memo  
riā. quā p̄opter multo tēs nō sc̄dm mentē habētēs dñi passionē.  
ymaginē crucifixiois x̄pi vidētēs ⁊ salutans passiois in rememo  
ratioē veniētēs p̄tētēs adoram⁹ bt̄is quoq; greg. in registro di  
cit. q̄d legentib⁹ scriptura. hoc ydiotis p̄s̄at pictura cernentibus

qz in ipsa ignorantes videt quid sequi debeat. in ipsa legunt qd leas  
nesciunt. unde papue gentib9 p lectione pictura e. De qd tur secudo  
q ymagines cruas. crucifixi. bte virginis z scoz quos volit etia  
no debet ferri ad loca ad ludos iocosos deputata vel ad act9 thea  
trales s; in ecclis a oratorijs honoris snt reponede. qd qz graue  
peccat oppositu facietes. qm sicut honor q eis offertur. ad pmiti  
ua redie pnapalit hoc e ad illos quoz snt ymagines. sic irreueren  
tia eis irrogata cedit in irreuerentiam illoz. de salicet 4 scoz. est  
quoqz vna spes apostasie. snt eni tres spes apostasie. scdm q tri  
pliat coniungimur deo. scz p fide. p pzopta obedientia z p assumpti  
onem aliau9 operis superogationis. puta religionis vel voti aut  
alterius similis. quoniam autem apostasia est recessus a deo qui  
recedit ab eo per infidelitatem. inadit in apostasiam p fide. qui p  
inobedientiam. in apostasiam inobedientie. qui ab operibus super  
erogationis in apostasiam religionis vel ordinis aut similis. **N**  
li igitur qui irreuerentiam faciunt ymaginibus inadunt in aposta  
siam inobedientie. debet igitur imprimi mentibus fidelium amor  
reuerentialis ad ymagines tantis auctoritatibus comprobatas  
presertim auctoritatibus sacozum conaliozum vniuersalium de  
quibus supra. que in tanta reuerentia habentur. q summ9 ponti  
fex ea seruanda vsq ad vnum apicem imutilata profiteatur 4 pari  
honore 4 veneratione digna habere 4 predicare z sequi que pre  
dicauerunt. z fuerunt octo. scilicet nicenum primu. 313. pzm tem  
pore sancti siluestri pape et constantini iperatozis. **S**ecundu conaliu  
apud constantinopoli. tempore damasi pape z theodosij ipatoris  
110. pzm **T**ercia synod9 i epheso tpe celestini pape et theodosij iu  
nioris ipatoris plus q 200. patru. **Q**uarta synod9 vniuersalis in  
vzbe calcedona. 430. patru. tempore leonis pape z mariani ipa  
tozis. **Q**uinta vniuersalis synodus in constantinopoli in qua fu  
erunt. 164. patres cum comissis ex parte pape z patriarchis z fuit  
celebrata tempore vigiliij pape z iustiniani imperatozis. **S**exta  
synodus vniuersalis fuit celebrata apud constantinopolim. 140.  
patrum tempore agathonis pape z constantini quarti imperato  
ris. **S**eptima fuit celebrata in nicena vzbe numero. 240. patrum  
tempore adziani pape primi et constantini sexti. **O**ctaua synodus  
celebrata fuit in constantinopoli tempore adziani pape secundi et  
basilij imperatozis. de quibus omnibus sic habetur in decreto. sa  
cta octo vniuersalia conalia. pimum niceum z cetera vsq ad v

nū apicem inutillata seruire et pari honore et veneratioe digna  
habere. et q̄ predicauerūt et statuerūt modis oib9 seq̄ et p̄dicare.  
que p̄p̄nauerūt ore et corde p̄p̄nate p̄fitoz. hec est p̄fissio pa  
pe. **¶** Ex oibus p̄missis apparet ludū nup̄ factū in ciuitate ista in  
quo fuit allata ymago crucifixi. et ad illā verba trussatica plata  
esse detestabile. qz honoz et adoratio ymaginis referē ad p̄mitiua  
vt p̄us ex decretis. 1. et 8. synodoꝝ vniuersaliū dem̄ est. et itē di  
cūt magn9 basil9 et damascen9. dicit ei q̄ honoz ymaginis referē  
ad p̄hotipū. tipus nempe ymago est. p̄hotipus exemplar ad  
cui9 imitationē formatur ymago et p̄ locū a p̄terito sensu trussa  
p̄rolata ymagini xp̄i. refertur ad xp̄m. Ecce q̄ grauis et detesta  
bilis est sc̄a xp̄o iniuria. q̄q̄ exemplū p̄niciosū. qz visa ymagine  
crucifixi debem9 recordari mortis sue et dolorū suorū quib9 nullus  
ali9 fuit similis et ei p̄pati et p̄cā nr̄a de flecte. qz ipse inuocāe p̄ no  
centib9. dñs et creator pro seruis suis et creaturis mortu9 est. et  
tamen ad illā lusu est. et plata trussatica p̄ qd̄ apparet ludū esse  
detestabilem. **¶** Sed adhuc maḡ detestabilem rōne verborū ad  
illā platorū que in blasphemā diuine maiestatis sonare videtur.  
blasphemia enim ip̄ortari videtur quādam derogationē alicui9  
excellētis bonitatis p̄apue diuine. dñs ei est ip̄a bonitas vt dicit  
dyo9 anopagita. 1. capitulo de diuinis noibus et sic quicquid de  
o conuenit pertinet ad bonitatem. dupliciter autē contigit blasphe  
mare. vel negare de deo quod ei conuenit. vel asserente ic̄esse deo  
quod ei repugnat. et sic vtroq̄ modo factū est in p̄senti ludo. nam  
lusoz dixit. se vous tenoije en mes mains. il fautoyt q̄ s̄essies  
que demande ou vo9 laisseries de vos plumes. istud verbum est  
contra xp̄isti virtutem. asserit enim ipsū infirmiorē q̄ sit lusoz et  
sic blasphemat cum attribuat eidē inesse quod repugnat ei. **¶** Item  
dixit. que vous me tances. et hoc est contra xp̄isti clementiam.  
**¶** Item dixit. et que vous apperchenez de rien. quod est contra cris  
ti sapientiam. in quo sūt omnes thesauri sapientie et scientie ab  
sc̄onditi. **¶** Item dixit ehieux crucifixi chi toute iour me tieut et me  
met a malaise. et hoc est contra xp̄isti bonitatem. **¶** Item dixit vo  
us mestes sur letrop rebours. et hoc est contra dilectionem cris  
ti et caritatem. **¶** Item dixit. allegies et et vous seres bons trup  
pelus. et hoc est contra xp̄isti maiestatem et summitatem. **¶** I  
tem dixit. que vous estes vng gros cressien et a poures gens ni  
de et sur. quod est grauis blasphemia contra xp̄isti sapientiam

eternam et misericordiam. Item dixit que dieu est vne escarse pin  
chemaille. quod est qtra casu in donis suis beniuolētissimā mag  
nificentiā et ad oīa ista poterūt allegari auctoritates sacre scriptu  
re. Ex quib9 omnib9 apparet ludum illū esse valde reprobādū. et  
q ludētes debent examinare vel facere examinari ludos suos vbi  
maxime tāgitur aliquid ad fidē vel bonos mores p̄tinens. ne in  
ter iocos satis tolerabiles aliquid rephensibile inueniatur. et si  
dicatur q omnia ista dca sūt nō assertiue sed iocose. hoc nō valce  
qz nō patitur ludū fama fides ocul9. et apostol9 dicit. ad gal. 6  
**N**olite errare deus nō irridetur. Itē si dicatur q nō ad deū ista v  
ba sūt dca s̄ ad ipām ymaginē. hoc itēz nō valz qz ymago est q  
dā figurā lignea v̄ lapidea vel de metallo. et ex hac pte nllā appa  
rentia est q verba sint directa qz lignū et. sūt res inanimate que  
nec audiūt nec p̄stare possunt dona petētib9 est etiā ymago passi  
onis xp̄i rep̄ntiua et p̄m hāc cōsiderationem que dicūtur ymagini  
diriguntur deo. et sic i idem quod p̄us inōueniēs ināditur. qz igi  
tur ad ymaginem crucifixi religio xp̄iana iubet habere fideles de  
uotionem cōpassionem xp̄o passo. **F**urta illud verbū petri apli. i  
petri 2. dicētis. xp̄o in carne passo et vos eadē cogitatione armamini.  
ipā ei corda eoz ad memoriā dolorū et mortis amarissime xp̄i  
reduāt qui iocose ridet aut fabulatur ei irreligiose agit. Ad eā ita  
qz vt ymago est crucifixi habeāt xp̄iani reuerentiā deuotissimā. qā  
signū est passionis quā sustinuit fili9 dei in humana natura cui vt  
cōiūcta est nature diuine in p̄sona xp̄i debetur eadē adoratio que  
verbo seu filio dei testate sancta synodo in capitulis ailli patrie  
che alexandzini q apud grecos velut euāgelista veneratur i q sic  
habetur. **S**i quis audet dicere assumptū hoiēm adorari oportet  
re deo vero quasi alterz alteri et nō magē vna adoratione honori  
ficat emanuelem s̄m q factū est verbū caro anathema sit. **H**ec  
dca sūt p̄ instructione fidelū et p̄ cautela seruāda in ludis iocosis.  
vt nichil qd in irreuerentiā dei aut scōz aut aduers9 bonos mo  
tos cedit agatur

**C**onsultatio sup duab9 questionib9 Ad instātiā dñi  
petri de vauello sacre theologie p̄fessoris egregij

**S**atis indecens videt reuerende magister et dñe meditare a

novo ppter longiorē arsu exsicato. qđ in fonte p hēni facile hauri  
te potuistis quis sit ille fons cui9 opiculāte dño nō deficiēt aque  
vsq ad seculi qsumationē nisi sacra theologie facultas parisiē. qđ  
vero nu9 fere exsicat9 si tacuero iumēta loquētur. Et canes et pos  
tes. certe ego ipse sum spacio iā triginta duoz ferme ānozz ab illo  
nobili fōte paul resitēs. habet9 pterea vobiscū nō modo aaron et  
hur. s; et moysen vt cum aliq emerferit questionis referatur ad e  
os. tamen gaudeo plane q humilitas vestra meū pulsando exi  
tat habitū. et licet prohibear i siluam ligna ferre. et ad mare com  
portare aquas. tamen cantas ipsa cōpellit. Ideo talib9 obmissio  
ad materiam litteratā restratū domine. et frater optime veniam9  
De duob9 est questio ad facultatem delata. Primū de integrita  
te confessionis. Deinde de auctoritate summi pontificis super  
dispensatione p̄p̄nuitatis in matrimonio contrahendo. Circa  
primū duo querūtur. Prīmū utrū habēs reseruatā et nō reseruatā  
voluntari9 cōfiteri superiori et inferiori. si confessus est tantū reser  
uata superiori. quia nō vult alia audire. teneatur eadē m cum nō  
reseruatā cōfiteri inferiori. Item quis illozum absoluet sacramē  
taliter de omnibus penitentem. Non superior. quia non audiuit  
omnia. Non inferior. quia nō potest in omnia. et si superior absol  
uat de reseruatā et inferior de alijs quomodo saluabitur integritas  
et vnitas sacramentalis absolutionis? Licet circa p̄mā questionē  
vt scribitis multi doctores multa dicant. et hoc ideo quia ex diui  
nis scripturis nō est manifestū qđ sentiendū nec p̄ sanctā etiā  
determinatū. p̄pter qđ sine piculo heresis. possibile est fortassis  
diuersa et contraria opinari. quemadmodū loquitur beatus thomas. p̄te  
denotionib9. p̄pter qđ etiā ille magister iohānes de porta ab eo  
de piculo excusari p̄t. et ex eo q se submitit determinationi facul  
tatis q̄uis reprehensione nō careat de temeritate si assertiue et non  
probabiliter p̄positiones illas et dogmatizauit aut de indiscreti  
one. eo q occasione p̄plo dedit dimidiadi cōfessionē. tamē opinio  
mea sequēdo beatū thomam. petrū de tarētasia. richardū de mediaul  
la. aliosq̄ quos vidi. est q in casu p̄missio tenetur penitēs reser  
uata et omnia alia nō reseruatā memoriā occurrētia inferiori con  
fiteri. vt integritas et vnitas confessionis saluetur. precipitur enī  
pastori vt diligenter agnoscat vultum peccatoris sui. non tamen  
vultum exterioris conuersationis. sed et interioris affectionis. si  
autem vni diceret reseruatā. et alteri cetera. nullus eorū sufficiēt

agnosceret vultū peccatis. nā minora iūta maiorib⁹ ⁊ ecōtra ag  
grauāt se mutuo ecē si maneāt in eadē specie pccī. h̄ ecē manudua  
tur exemplo sensibili si quis plurib⁹ morbis laborat. ⁊ aliq̄s me  
dicū aperiat alios abscondat. nō p̄t medicus secure medici reuela  
tis quia anhidota p̄sita potuerūt obesse occultis sic in p̄posito  
vt si quis cōmittit sacrilegiū vt luxurietur grauius est p̄c̄m luxu  
ric illius q̄ simpliciter fornicationis si ergo sacrilegiū detegat supi  
ori ⁊ fornicationem inferiori. null⁹ eorū de grauitate verius p̄c̄i  
sufficiēter iudicabit. ille enim est sacrileg⁹ materialiter ⁊ luxu  
riosus formaliter. ecōtra esset si quis fornicaretur vt cōmitteret  
sacrilegiū. ¶ Ad secūdam quēstionē quis absoluet penitēte ⁊c.  
Dico q̄ si supior nō vult audire nisi reseruata absoluet de reserua  
tis et inferior de alijs ⁊ h̄ duo faciūt vnā absolutionē. sūt enim  
ordinati ita vt p̄c̄as inferioris sit virtute in p̄tate superioris si aut  
trigonus in tetragono p̄pter quod h̄j sūt quodāmodo vnū. nec ē  
simile de clauē scientie ⁊ de clauē p̄tatis in hoc. cū oporteat vni  
oia confiteri. nec oporteat ab vniū absolui. qz reseruatō casuū li  
mitat quātū ad exercitiū clauē p̄tatis ⁊ nō scientie. dicit richar  
dus q̄ in illo casu p̄us absoluetur a superiori de reseruatō. post  
ab inferiori de alijs tñ m̄ videt. q̄ si cō absoluetur ab inferiori  
post a superiori nō multū refert nisi pro quāto penitens esset sen  
tētia excommunicatiōis maioris a pena irregularitatis ligat⁹ q̄ ca  
su oporteret p̄us a superiori absolui ⁊ reddere suscepiibile sacramē  
torū penitētem. ¶ Circa secūdam p̄ncipale de dispensatione ⁊c.  
si papa vel ecclesia possit dispensare q̄ frater ⁊ soror possint cōtra  
here ⁊c. dico primo q̄ alique persone prohibentur contrahere  
de iure naturali vt pater cum filia. ⁊ filius cum matre nec vnq̄  
reperitur hoc factum. nam in statu innocentie adam spiritu sancto  
afflatus dixit de matrimonio. propter hoc relinquet homo patre  
⁊ matrem et adheret uxori sue. et dominus mathie 19 approbat  
eadem verba et adhuc magis repugnat iure naturali q̄ filij du  
cat matrem in uxorem. q̄ pater filiam. quia uxor est subiecta vi  
ro. q̄ autem mater sit subiecta filio magis contrariū est honori  
naturali. q̄ si pater ducat filiam que est naturaliter subiecta ei v  
trūq̄ tamen est contra ius nature. Dico secundo q̄ non est contra  
dictamen legis naturalis q̄ frater ducat sororem uxorem sic enī  
oportuit fieri in p̄ncipio non est autem prohibitum de dictami  
ne legis naturalis id quod aliqui fieri fuit nōc. qz ius naturale

Temp manet. 7 p consequēs eius prohibitio fuit semp licita. nūq̄  
ergo fuisset licitū fratrem ducere uxorem. qd non est dicendū. Dico  
tercio q̄ contra prohibitionē legis veteris fuit q̄ frater duceret soror  
tem uxore sicut patet leui. 18. s̄ quia p̄cepta iudicialia inter que  
illd̄ ponitur sunt mortua. iam nō habēt vim obligandi. ideo vi il  
lius nō sūt frater 7 soror p̄sone illegittime ad contrahendū. Dico  
quarto. q̄ ratio illius p̄cepti. puta repressio cōcupiscentie q̄ oriri  
p̄t ex familiari quatu simul habitantiū in eadem domo ut faciūt  
frater 7 soror est moralis. 7 semper manet. s̄ ubi familiaritas is  
ta abesset. p̄ceptum est totū iudicialē. et sic ut dictum est mortuū.  
quare nec nūc obligatoriu. Dico quinto. q̄ contractus matrimoni  
alis est inter illos ex statuto ecclesie phibitus. unde cū nō sit hec  
prohibitio de iure naturali. est de iure positivo. 7 quoniā in illo pa  
pa vel ecclesia legitime cōgregata potest in talib9 dispensare. cre  
do q̄ in aliquo casu posset super hoc dispensari non tamen leuit.  
sed ubi p̄deret salus populi xp̄istiani. **H**ec reuerētē resire nūc  
to sub cōrectiōe facultatis theologie matris mee. vere ī corde me  
o iugiter viuētis. cui 7 singulis dominis et magistris nostris me  
foate rēmissū. Et quia egidius decanus nō nouit omnia. cōsu  
lerem pro honore facultatis si adhuc nō determinauit has diffi  
cultates q̄ cōmitteret paucis. qui studerēt doctorē 7 quilibet p̄ se  
scriberet et post conuenient in vnū facientes vnā scripturam ex  
pluribus 7 tunc presentarent facultati. quam qui vellet videre vi  
deret. et tempore statuto faceret determinationem. Ita factum fu  
it dieb9 meis super obseruantia dominice 7 festorum p̄capuorū.  
nam facultas cōmisit octo magistris. et illi tribus ex eis. quorum  
quilibet post inspectionē doctorum scripsit. postea simul conuenien  
tes fecerunt vnū ex tribus. quod alijs quin9 presentauerunt. 7  
placuit. 7 illi octo facultati. quod eiam placuit. p̄tē iudicati 7  
viuite felix ut opto. **P**remissa scripto cōmendauī ad postulati  
onem vnus ex p̄cipuis magistris facultatis theologie. scilicet  
magistrū petri de vaucello. ad cuius facultatis examē quidam ma  
gister iohannes de porta ordinis minor9 duas quas predicane  
rat propositiones retulit. Prima fuit. Cum confessionis integri  
tate diuersis confessoribus possunt penitentes quandoq̄ de diuer  
sis confiteri reatibus. Secunda. Non tenetur noxam fateri inferi  
ori qui scit eandē reseruari superiori.

**C**onclusiones afferre p quēdā fr̄em minoer̄ doctorē in theologia

**C**ū confessionis integritate diuersis confessorib⁹ possit peritētes  
qñq; de diuersis confiteri reatib⁹.

**N**ō tētur norā confiteri inferiori qui scit eandē reseruari superioris

**D**eterminatio dñi ioh̄is tñatoris p̄fessoris sacre the  
ologie canonici tornacēi directa de cano cameracēsi.

**S**anctus thomas

**A**dūsus p̄scriptas conclusiones. ponitur in p̄mis determina  
tio autētica p̄cipui ac sūmi in scolasticis disputationul⁹ doctoris  
viri quidē sanctissimi thome de aquino sub h̄is suis verbis. In  
mediana corporali oportet q̄ medicus nō solū vnū mēbrū cōtra  
quē medianā dare debet cognoscat. s̄ etiam vniuersaliter totā ha  
bitudinē ipsius infirmi eo q̄ vnus morbus ex adiūctione alteri⁹  
aggrauatur et mediana que vni morbo p̄terret alteri notamen  
tū prestaret. Et similiter est in peccatis quia vnū aggrauatur ex  
adiūctione alterius. ⁊ illud quod vni peccato esset cōueniens me  
diana alteri incētiū prestaret cum qñq; aliquis p̄terret peccatū  
infertus sit. vt ḡg⁹ in pas. docet. Et ideo de necessitate confessionis  
est q̄ homo omnia peccata p̄fiteatur q̄ in memoria habet. q̄ si nō  
facit nō est confessio s̄ p̄fessionis simulatio. Itē itē. pena a diuersis  
sacerdotibus imposta nō est sufficiens qz quilibet cōsideraret tm̄  
vnū peccatū per se ⁊ nō grauitatē ipsius quā habet ex adiūctione  
alterius ⁊ qñq; pena q̄ contra vnū peccatū datur est p̄motua al  
teri⁹ peccati. Et p̄terea sacerdos confessionē audiens v̄s dei gerit. et  
ideo tēt ei h̄ mō fieri p̄fessio sicut deo fit p̄tricio vñ sicut n̄ est p̄tri  
tio nisi quis de oib⁹ cōteretur ita nō est p̄fessio nisi quis de om  
nib⁹ q̄ memorie occurrūt cōfiteretur. Itē itē. si ex sacerdos nō pos  
sit de omnib⁹ absoluerē. tētur tamē cōfitens sibi omnia cōfiteri ne  
quāritatē totius culpe cognoscat ⁊ de illis de quibus nō potest ab  
soluerē. ad superiorē remittat hec ille.

**A**lexander de hallis in 2. pte q̄rti.

**V**trū liceat diuidere p̄fessionē suā ⁊ cōfiteri vni p̄te vnā ⁊ ali⁹  
alterā. **R** liceat diuidere videtur sic qz licet sint diuersi sacerdo  
tes tm̄ vnus est p̄ncipe sacerdotū. Ex quo ergo pluribus cōfite  
to cōfiteatur tanq̄ vni. eo q̄ plures ibi reputandi s̄ tanq̄ vn⁹. ergo  
sicut bona esset confessio facta de omnibus vni. sic bona erit con  
fessio facta de omnibus si per partes pluribus fiat.

**N**ō sol9 papa habet plenitudinē potestatis. vñ ppter qdā pccā nōs  
habet potestē p fugere ad ipm. Nec est nōe qd p fugiat ille itē ad  
papā ppter minora pccā. pmo sufficit qd cōfiteatur illa habet i medi  
ate curā aīe ei9. igitur cū nullomō pōt absoluerē eū a maiorib9.  
nōe est qñ qd diuidere cōfessionē suā. **A**d p̄mū dīcēdū qd in cōfessi  
one duo sūt. veritas intētiois in corde 7 exp̄ssio significationis in  
sermone. dīcēdū igitur qd si plurib9 cōfiteatur. tāq̄ vni q̄tū ad  
intētionē 7 veritatē cordis. qz oēs ab vno habet potestē p quos et  
in omnib9 absoluit scilicet cast9. nō tū q̄tū ad exp̄ssionē signifi  
cationis exterioris sermonis. Vel potest dīcī qd argumētū magis  
est ad oppositū q̄ ad ppositū. nā sicut cōfessio q̄ in pte casto fieret.  
nulla esset sic cōfessio q̄ p pter sit plurib9. debet in nichil reputari.  
Si enī quis cōfiteretur casto. cū intētionē celandi pte pccōz. et i  
terato eīcē cū intētionē celandi illud qd iā esset ipi cōfessū. nulla es  
set cōfessio. Vel potest dīcī qd non omēs sunt isti vel illi loco vnius  
sacerdotis. s̄ ille tantū cui est cura anime sue cōmissa. Itē omnes  
sunt quasi vnus quo ad potestatem ligandi atqz soluendi. ideo  
eīcē integre dēt vni cōfiteri. vt p̄nitio equet cōfessioi 7 cōuerso ut si  
aut contritio est om̄iū coram deo simul. sic cōfessio corā sacerdote.  
Aliter nō esset cōfessio sacramentalis. Ideo etiā vt sicut satisfit de  
o in p̄nititione plenaria. similiter 7 eīcē. In cōfessione integra. p̄  
terea inordinata voluntas cōfiteat̄ que est vt min9 malus appare  
at q̄ sit. p̄mittit viā p̄p̄sis 7 deformat actū h9 cōfessiois. **A**d  
secūdū dīcēdū qd aliud est cōfiteri peccatum suum vni sacerdoti.  
et quedam ali9. vt sic minor appareat malicia sua 7 aliud est cum  
non possit absolui ab illo qui immediate habet curam anime sue  
de conscientia 7 voluntate illius adire superiorem qui eum potest  
absoluerē. 7 hoc quia non potest absolui ab illo. primo enim mo  
do diuidens confessionem mouetur ex inordinata 7 p̄uersa volun  
tate qua vult se in parte iustificare cū se deberet cōdemnare. 2<sup>o</sup>  
modo diuidens mouetur ex voluntate bona 7 ordinata. qua sic  
prouidere intēdit saluti p̄prie. Nec talis dīcitur diuidere cōfessi  
onē. cū de cōscia vnius 7 cōsilio ali9 cōfiteatur 7c.

**V**eritatis sup q. d. 11. In forma verborū.

**P**remissa inquisitione diligenti scdm possibilitatem fragilita  
tis humane intelligo quantam inquisitionem aliquis posset ap  
ponere circa aliquod multum arduum quod sibi multum esset cor  
di tantum debet apponere circa omnia peccata mortalia reducēta

ad memoriam. Et ex precepto debet citē sacerdoti illa omnia cōfi-  
teri nō diuidēdo cōfessionem. quia sicut dicit aug⁹. quidā vni celāt  
quod alteri manifestandū cōseruāt. quod est se laudare et ad ypocri-  
sim tendere et semp venia carere. ad quā credunt se per frustra per-  
uenire. Sed obiatur cōtra hoc. qz tunc videtur qz quilibet pecca-  
tor teneatur aulibet requireti dicere omnia peccata sua. alioqn ta-  
cēdo ea vel aliqd eoz esset ypocrita. qz se on dit innocētiorē q̄ sit  
**T** Dico qz tacēdo illi cui nō debeo dicere nō ostendo me innocētē in  
hīs q̄ taceo. s̄ cū taceo illi cui debeo et qm̄ debeo dicere scz in cōfes-  
sione. tacendo aliquid et cōfitendo aliud tunc ostendo me innocētē  
in hoc qz taceo. Et in hoc est ypocrisis nō in alio casu scz extra cōfes-  
sionē etc. Itē sentiūt durādus henricus de grandauro petrus de ta-  
retasia et plures alij. Ad itē sūt plura iura etc.

### No. tinctore

**P**remisse doctoris sancti ac plane omniū scolasticozz doctissimi  
ac resolutissime tutissime sentētie nō puū robur offert ecclē per oz  
bē xpianū diffuse vōis obseruātia et doctrina familiaris et cotidiana  
nā q̄ singulis ānis in aures populares a suis pastozib⁹ resonat. Et  
a p̄dicatoribus catholice veritatē hactenus asserta est. Cū enim  
ecclē a spū veritatis dirigatur utpote illius pleni gratia et verita-  
te presentia minuta qui dixit. Ecce ego vobiscū sum usq̄ ad cōsum-  
mationē seculi. quis pie in xpō viuere volens ecclē cōsuetudinū arcu  
salutaria docenda et agenda p̄sumet cōtraire? Accidit etiā timora-  
torum et filioz adoptionis qui spiritu dei aguntur testimoniū qui  
profecto de salutaribus sanū iudiciū ferunt. Diquitē auctore apos-  
tolo spiritualis omnia diiudicat. et auctore aristotile vtiuosus mē-  
sura est et regula humanozū actū. quia eius iudicio de agendis  
standū est sicut de saporibus iudicio habētis gustū bene dispositū  
Nemo quippe timoratus hactenus se tutū in conscientia censuit.  
et securam mentem habētē qui nō de omnibus mortalibus inte-  
gram cōfessionem fecerit vni confessori absq̄ fraude omnia que me-  
morie occurrere potuerūt detegendo. Suffragantur p̄terea et pre-  
ter eas que ab excellentissimo p̄fato doctore efficacissime adducte  
sunt. alia ratio qm̄ alias ut videtur non saluabitur veritas sacra-  
menti penitētie in suis subalibus. tū qz deest forme vnitās. q̄ in  
sacramēto penitētie cōsistit in actu m̄stri absoluētē et clauib⁹ ecclē  
sugentē. qz vba absolutiois q̄ p̄feruntur in p̄soā m̄stri vni⁹ doctō

Ego te absoluo etc. diuisim a diuersis referetur ad diuersa peccata  
absolucnda absq̄ quacūq̄ cōmuniōne seu relatione intentionū ipso  
rum absoluentium adinuiam. Ac per hoc in nullo absolutiones  
eorū comunicabunt. p̄ quod ad unitatem sacramentalē reduci pos  
sint. Et sic necessariū est talem cōfessionem simpliciter esse diuisā  
ac per hoc nullam. **H**ecus autē est dū ab inferiori sit remissio ad su  
piorē quia tūc intentio inferioris cui totus status penitenti legit  
time innotuit dirigitur ad absolutionē dātā a superiori in casib9 sibi  
reseruatis et eōtra intentio superioris dirigitur ad cōfessionē factā  
inferiori et ex cōiōne harū duarū intentionū. absolutioēs materi  
aliter due. unitatē formale suscipiūt. quia ubi unū p̄pter alterū  
ibi ambob9. tñ qz licet plura materialia cōcurrere possint ad ite  
gratē unū totū. sicut plures lapides ad cōstitutionē unū dom9. ne  
cessariū tñ est illa plura adinuiā. quolibet iij<sup>o</sup> adunari. vel per  
mixture vel p̄ cōpōsitiōē. vel p̄ colligatiōē vel saltē p̄ quādā cōor  
dinatiōē. ut in cōtū. ad h̄ q̄ vna forma possit illis applicari et  
imprimi. facta autē dca reseruatōe peccatorū scdm arbitriū cōfiteētē ma  
nebūt materialia sacramēta penitentiē penit9 sepata. nec aliq̄ rō  
ne adinuiā adunata erūt. ut eis vna possit forma absolutiois ad  
hiberi. **A**q̄ enī penitēētē in hoc sacramēto materialis sūt. quib9  
scz penitens se subiacet clauibus ecclē. **C**ōstat autem q̄ diuersis ac  
tib9 nullo ordine adinuiā cōmixtis in cōū p̄dō penitens se subiacet  
et ecclē clauib9. cū nichil cōstabit alteri duoz ministroz de h̄is  
que alteri cōfessa sūt vñ nō videtur intelligibile qua rōne possit u  
nitas absolutionis circa talem penitēte saluari. **H**ecus est cū de  
reseruatis absoluitur is qui pro illis ab inferiori ad superiorē re  
mittitur. qz bñficiū absolutionis quod superior impedit cōfessionem  
facte inferiori a quo remiss9 est mittitur et in ea fidatur. ac p̄ h̄ peccata  
oīa cōfessa inferiori sub absolutionē superioris colliguntur ut sic in vī p̄  
oris cōfessionis effectū clauium p̄cipiat p̄ vnā absolutionē a superio  
ri traditā. que est velut cōsummativa prioris. **A**d modum quo  
in moralib9 finis posterior est perfectiū prioris cum ad illum  
refertur et non alias. sicut finis temperantie relatus ad finem ca  
ritatis perficitur et formatur per eundem. ita q̄ in tali casu reser  
uationis absolutio ministri inferioris est valida conditionaliter  
ex relatione ad futuram absolutionem a superiori dātā et non ali  
as. **C**ōstat autem hanc relationem deesse ubi peccata seruata  
tacēt et non innotescunt inferiori ministro. ac per hoc absolute

suā absolutionē tradit. quā sic p̄fiter in fraude recipit. ac p̄ hoc nō  
 ad salutē s̄ ad p̄dēpnationē. ¶ Itē nō est silencio p̄tereūdū q̄ in cō  
 tentiosis doctōnis ubi de periculo aīe agitur. tutior via venit eli  
 genda alias videt̄ se quis discrimini p̄mittere. Cōstat autē eadē si  
 in hac materia sit doctōz aliquozū eadē insigniū alia sentētia. tuti  
 or tamen est hec quā defendim⁹. qz eā insequēdo nullū periculum  
 salutis iminet totūq̄ p̄nic̄ fruct⁹ saluat. Is ei qui casus habet re  
 seruatos. aut eos discernit. aut nō. si discernat qd̄ periculi sibi est  
 si ea suo ordinario detegat. ⁊ postea de eisdē sup̄iorem p̄sulat. Si  
 nō discernat. aut p̄fessor legitime inter sac̄ū ⁊ p̄phanū differenti  
 am habebit ⁊ sic illū renūtet. saluti illi⁹ efficaciter p̄sulēs. aut te  
 nebris ignorāti⁹ obuolūt⁹ hac discretioē carebit ⁊ sua p̄tate non  
 legitime fūctus eū absolue de illis p̄sumat. ⁊ tūc penitēs bona  
 fide integraliter p̄fessus ⁊ de p̄tate illi⁹ p̄babiliter p̄fiter absoluti  
 onē indubie p̄sequitur ⁊ si nō virtute clauū. tū ex misericordia sū  
 ni pastoris ih̄u xp̄i qui suā p̄tatem non alligauit sacram̄tis s̄ ef  
 factū eozū dū voluerit abs̄ sacram̄to p̄fert. Nō ei tenentur sim  
 plices xp̄i fideles mēsurā iherarācie p̄tatis cognoscere aut discute  
 re. s̄ in hm̄i qui simpliāter credit cōfidenter abulat. ⁊ q̄ nimis e  
 mūgit. eliat sāguinē. ¶ Cōsiderare eadē facile poterit q̄libet nō de  
 sipiēs si exp̄diat passim disputationē reservationis suorū peccatoz  
 arbitrio quozūlibet relinqueret. p̄sertim cū plerūq̄ subditi sint suis  
 pastoribus odiosi. ⁊ facili occasione disciplina eozū fugientes. et  
 cū quib⁹ sibi in fauorem suum facile p̄suadet at magn⁹ hoc mō da  
 bitur aditus ad discipline pastoral̄ extinctionē. ⁊ sic adulteria et  
 innumera alia q̄uissima crimina liber⁹ p̄petrabūtur in fiducia la  
 tedi in illis apud suos pastores ordinarios. sicq̄ status gregis or  
 dinari⁹ pastorib⁹ in p̄cipuis criminibus manebit ignotus ad  
 magnā plebis xp̄iane iacturā ⁊ fomentū iniquitatis ⁊ pastoralis  
 dignitatis contemptū ⁊c.

¶ Dicitur sūt hec in pia sobrietate cū p̄paratione ce  
 dendi meliori semp̄ ac tutiori doctrine captiuati  
 oēm intellectū in obsequiū xp̄isti

¶ Alia p̄ eūdē ē assertio exhibitā. q̄ xp̄s fuit lapidat⁹ nō lapidi  
 b⁹ occisus. hec assertio eadē facilitate p̄fiter q̄ d̄z. qz et text⁹ et  
 glosa ex p̄suetudine scripture saluat p̄ solā p̄p̄titudinē volūtātē

et conatū studiosū ad lapidandū. vñ ꝛ glosa allegata subdit. sed  
qz xps nō plus q̄ vult patitur. ideo adhuc loq̄tur. quasi diceret q̄  
nō vñ ad effectū p̄cedere p̄missi sint qz adhuc libertas ei loquen  
di fuit. Nō enī factibile videtur q̄ in ip̄a lapidatione sua xps locu  
tus fuerit lapidatib⁹ cū illa obseruatiō quā text⁹ euāgelicus descri  
bit vt patet p̄siderāti. vbenus autē de re disceptare multū habet cu  
riositatis. nichil edificatiōis in quo casu nō negligenda est doctri  
na sapiētis eccl̄astica 3. altiora te ne quesieris ꝛ fortiora te ne scru  
tat⁹ fueris. ꝛ que p̄cepit tibi deus. illa cogita semper et in plurib⁹  
operibus eius ne curiosus fueris. Et post pauca. in superuacuis re  
bus noli scrutari multipliciter ꝛ in plurib⁹ operib⁹ eius nō eris cu  
riosus ꝛc.

**A**d egregiū sacre theologie p̄fessorem ma  
gistrū iohānem tinctoris canonicū toznanē  
ego egidius de canus cameracē.

**Q**ue in mea dīcōne erāt vir constantissime / nō dicā furto. sed  
pio spolio a me tulisti. erat michi ager fertilis hūc messisti nō di  
mittens p̄nc vllas reliq̄as eā p̄uissimas spicas ut colligere possi  
tergū metētis. erat mēsa mea fecūda fecundis. ip̄a edenter vorasti.  
nō relinquēs nuces que cadere solēt de mēsis dñoz. erat in posses  
sione mea puteus altus aquarum viuentium. quem vñ ad guttu  
las minutissimas tuo hauritorio exsiccasti. sapiēs nō dubito que  
sit hec p̄bōla. quomodo igitur cōsequēs est vt a me req̄ras ex a  
gro tritici. ex mēsa es cas p̄ciosas. ex puteo aquā. quā qui biberis  
ad sobriā ebrietatē nō sitiat vñq̄ facis contra p̄suetudinē alioz q̄  
relāt spolia spoliatis qz p̄adis ea. ꝛ ego faciā cōtra cōsuetudinē  
spoliatoz ego querā si qua ex idustria reliq̄sti michi ꝛ mittā tibi  
ec̄ si infelix lolii sterileꝛ auenas. eā si tm̄ siliquas porcorū vel a  
quas amaras iuenero. ꝛ tu accipe placide. Datis lusū est ad ma  
teriā quā suscepi a tua reuerētia veniam⁹ Aduersus temerariū illū  
asserorē magistrū iohāne de porta doctorē in theologia bullatū  
duarū cōdusionū integritati p̄fessionis p̄trariarū quarū p̄ma fuit.  
Cū p̄fessiois itegritate diuersis cōfessorib⁹ possūt penitētes q̄nqz  
de diuersis cōfiteri reatib⁹. Decūda. nō t̄netur penitēns noxam

confiteri inferiori qui scit eandem reservari superiori. dicta doctorū  
theologorum sancti thome/alexandri de hallis/scoti/durandi/doctore  
solempnis et petri de tarentasia fideliter intorsisti quibus assentio  
constanter laudo. reuerenter suscipio. quibus etiam caput illius ga  
lie blasphemii a ceruice merito abstulisti. tu forsitan ut aliquid ad  
firmamentū adderem libens aliqua dimisisti que collecta remitto  
beatus thomas in questionibus de quolibet. in septimo 24. ut credo quæ  
sione. quærit utrum cum quis plura peccata commisit. quorum nonnulla spec  
tant ad episcopū sacerdos possit eum absolueri a spectantibus ad  
se non eum absolueri ab alijs. respondet in forma. sacerdos non  
absolut aliquem. nisi quem diuinitus credit absolutū. sed postquam  
a deo est absolutus tenetur adhuc ecclie confiteri. Et quia dispensa  
tio absolutionis non est tota credita minori. tenetur totū prelatū  
confiteri minori. et ipse debet eum absolueri ab omnibus a quibus  
potest. deinde tenetur eum remittere superiori de residuo absolu  
tū. subiūgo sequentē questione in ut consideres quod de sacerdote te  
nebris ignorantie obuoluto non discernente inter sanctū et ap  
pā. seu inter leprā et leprā sentis. ponis quod si ille presumpserit peni  
tentē de reuerentia confessatū sua potestate non legitime fugiendo  
absolueri ipse licet non videtur. tamen ex misericordia presertim ab  
solutionem indubie consequetur etc. Querit enim doctor sanctus. ut  
rum si sacerdos absoluat aliquem a peccatis omnibus quorum quedam  
spectant ad eum et quedam non ille sit absolutus. Respondet. dicit  
dū inquit absque dubio quod quis aliud quidam aliqui senserint. non ta  
men credo quod ipse sit absolutus excusatur tamen ille qui absoluitur  
per ignorantiam iuris. non autem sacerdos. cui ius circa hoc ignora  
re non licet. Ad rationem michi oppositam quod sit absolutus. 1. q. 1. c. dudū.  
dicitur quod qui non habet potestatem dandi si dat datum est. respondendo  
dicit quod capitulum illud intelligitur de habente auctoritatem quibus  
malo existente. hec in forma. Iste intellectus satis conformis est  
